

III.
REGNUM MORTUORUM.

Nro. 4.

O r a t i o P o l i t i c a .

D e P e c u n i a .

Elysiū-Meum, Die Martis, 31. Jan. 1809. (Neov, 13. Jan. 1809.)

S e n t e n t i a .

Summum sapientiae est: omnem sapientiam, quae
feri potest ratione, in pecuniam convertere.

Experient. philos. C, I.

Hoc postremum omnium Philosophorum est
Consectarium, seu coquatur, seu assetur,
succum exprimantur, aut destillentur, & ex-
cepto Diogene cum laterna, hic est supre-
mus finis omnium sapientum, sapientiae aman-
tium, & Circumforaneorum in hodierni mundi
theatro.

Possideat quis Salamonis sapientiam,
praestet septem sapientes Graeciae, ipsum
Emanuelem Regiomontanum Dialectica supe-
ret, postremum Consectarium obtinet, quod
sententia nostra indicat: summa sapientia est:
omnem sapientiam, quae licet ratione in pe-
cuniam convertere. Et probatum est.

Placet tantisper vico frequenti immora-
ri. En virum conscientia opum suarum con-
spicuum! ut praeterite omnes capite in-
clinato, rectoque vertice eum excipiunt; con-
stat eum nec Regiomonti, nec Göttingae Phi-

losophiā doctum, communi nihilominus cultu undique excipitur, & Car? dives est, quis scit, fortassis erit tempus, quo ab eo præsidium Implorandum erit. Favores ejus quærendi sunt.

En, contra, virum, scientiarum, ingenit. que plenum, se orbi notum reddere conatur, scribit libros, opera edit, opuscula; Drammata, omnia secundum haustam Logicam suam ad trutinam exigit, quærit vitæ in orbe sustentationem, sed caret nummis, quivis axioma eidem repetet: Sapientiæ culmen conversionem omnia in pecuniam fore.

Nostri illuminationem domatim circumferentes — fruges consumere nati multum diuque desudant, ut nobis hæc, qua continemur, pyxide, *glabus terraqueus* adpellata, cunctas præjudicatas, & vulgares opiniones adimant; hoc justum est! Illuminatio quippe aequæ ac libraria ars est liberalis; in ea ad morem rite instituti hospitalis, ratio, regula, ordo, decentia, ubertas vigeat oportet, hoc profecto præclarum! at quis orationis hujus impensam luit? nos pauperes auditores, iudicia cum auro in auras everta, & in vicem vigentium opinionum circumferuntur querelæ, querimonie, questus — omnis gemit, imo de pectore suspiria trahit: carere se nummis, & *point d'argent, point de Suisse*.

Nummus nullus, nullus Helveta.

Philosophus Cynicus Diogenes lucerna rationem quærens domos obibat, primus & fortassis ultimus erat, qui sapientiam gra-

tuito & absque mercedis præensione divulgare voluit. Nostri sapientes magis sapiunt, sententiæ adhærent: sapientissimum esse, omnem sapientiam, qua fieri valet, ratione in pecuniam convertere.

Agite, pecuniam alio sub respectu expandamus. Cel. Montesquieu Politicorum facile princeps, definitionem suam vis representantis pecuniæ a proportione materialium (metallorum) orditur, contenditque: universam massam in orbe existentis argenti aurique, massæ, seu quantitati rerum comparari, quarum hæc metalla signa sunt, amboque in æqualem particularum numerum divisa si fuerint, tum quamvis particulam rerum permutabilium per particulam metallorum representatum iri, ex quo consequitur: quod quemadmodum se habet universa auri & arg. massa ad integram rerum permutabilium massam, ita se habere singulas ejus particulas, ad singulas harum; cum partes toti sint proportionales.

Hæc thesis confirmat relationem inter aurum & argentum, quæ se alternatim representant. Ante detectionem Americæ in Hispania aurum & argentum se habuit sicut 1. ad 10. id est: in vicem unius libræ auri, denæ argenti pendendæ erant. Postquam vero argenti massa per fodinas Americanas aucta, superior proportio mutata in 1. 16. in Gallia 1. 15. in Anglia ut 1. 15 $\frac{1}{2}$ in Japonia, ubi aurum copiosius argento, proportio obtinet 1: 8 in Sinis 1: 12. hujus proportionis

potest: suos redditus quovis tempore æquales valore esse, quantumvis quotannis æqualem florenorum aut Imperialium summam complectantur?

Ubivis adagium personat: pecuniæ obediunt omnia, hac de Causa Angli bellum gerunt, ideo pecunias totius orbis ad se pertrahere gestiunt, ut eis obediat, idcirco in Hispaniam venere, & ut in ea consistunt? — O! non consistunt amplius, domum fugiunt, ut ex seqv. intelligitur.

Parisis die 8. Jan. Vigessimum primum officiosum nuncioium exercitus in Hispania, Angli 29. Octob. in Hispaniam venerunt. Novembri & Decembri exercitus Gallæoiæ ad Espinosam Extrematerræ ad Burgos, Aragoniæ & Valuntia ad Tudelam & reservatas copias atteri spectarunt, quin se moverint, & quis uni exercitui hispanico in subsidium venerint, quibus agmen Anglicanarum Copiarum notabili subsidio fuisset.

Primis Decembris diebus compertum est, Cohortes Anglicanas receptui vacasse, & Coronnam petere naves conscensuras, subin nunciatum: eos consistere, & 16. Salamantia egressos expeditionem bellicam inchoaturi. Ex 15. levis equitatus Valladolas adparere cœpit. Universus exercitus Anglicanus Durium trajecit, & 23. Saldagnæ Duci Dalmatiæ in conspectum venit. Ut primum Imperator de hoc inexpectato Anglorum Decreto certior redditus, egrediebatur, ad eos reditu prohibendos, verum ut Gallicæ copiæ citato

egregium usum facere norunt Angli in suo ad has regiones Commercio.

Ex his uno obtutu intelligitur: valorem pecuniæ tam parum ab arbitrio hominum, quam diversæ reciprocæ metallorum relationes. verum a natura dependere, quapropter valor etiam rerum intuitu pecuniæ non ab humana voluntate pendet, quod hi ambo valores relationes sunt ex massis, & eorum partibus ortæ, proin omnes arbitrariæ determinationes, & violentiæ cum pecunia operationes periculosæ sunt, & noxiæ.

Denique valor pecuniæ in eadem ratione augetur, in qua quantitas rerum permutabilium augetur; prout vicissim valor pecuniæ, rerum copia decrescente, minuitur est necesse.

Hæc ratio est, ob quam hodie libra auri multo minus valeat, quam ante Americæ detectionem, quod valor in eadem ratione decrescere debuerit, qua physica auri quantitas aucta est. Si jam evidentibus his veritatibus non obstantibus, homines pecuniæ aut rebus, pretium naturali proportioni non respondens dare volunt, tum vel producta evanescent, vel pecunia evanescit, si in minore valore defigatur, & in permutabilibus rebus valor major naturali proportionem positus pecuniam rarecere, si vero minor, res evanescere ex commercio facit.

An, qui prædia sua ad longius tempus erga paratum æs elocabat, aut conductor aut publicus Officialis cum ratione asseverare

potest: suos redditus quovis tempore æquales valore esse, quantumvis quotannis æqualem florenorum aut Imperialium summam complectantur?

Ubiuis adagium personat: pecuniæ obediunt omnia, hac de Causa Angli bellum gerunt, ideo pecunias totius orbis ad se pertrahere gestiunt, ut eis obediat, ideo in Hispaniam venerunt, & ut in ea consistunt? — O! non consistunt amplius, domum fugiunt, ut ex seqv. intelligitur.

Parisiis die 8. Jan. Vigessimum primum officiosum nunciium exercitus in Hispania, Angli 29. Octob. in Hispaniam venerunt. Novembri & Decembri exercitus Gallæois ad Espinosam Extrematerræ ad Burgos, Aragoniæ & Valuntia ad Tudelam & reservatas copias atteri spectarunt, quin se moverint, & quia uni exercitui hispanico in subsidium venerint, quibus agmen Anglicanarum Copiarum notabili subsidio fuisset.

Primis Decembri diebus compertum est, Cohortes Anglicanas receptui vacasse, & Coronnam petere naves conscensuras, subin nunciatum: eos consistere, & 16. Salamantia egressos expeditionem bellicam inchoaturi. Ex 15. levis equitatus Valladolas adparere cœpit. Universus exercitus Anglicanus Durium trajecit, & 23. Saldagnæ Ducis Dalmatiæ in conspectum venit. Ut primum Imperator de hoc inexpectato Anglorum Decreto certior redditus, egrediebatur, ad eos reditu prohibendos, verum ut ut Gallicæ copiæ citato

pede moverint iter nihilominus per transitum montium nive non obsiterum Gvadarama & continuis imbribus eluvionibusque aquarum impbdiebatur; die 22. Imperator Madrito egressus, die 23. Princeps hospitium villæ Castinæ 25 Fortesillæ 27. Medinæ de Rivosicco erat.

Die 24. ad primam lucem hostis progressionem orsus ad Ducem Dalmatiae in laevo cornu ambiendum, verum ubi is motus hos advertit, qui Madrito locum habebant, e vestigio receptui animum adcommodabat, atque suorum in ea regione asseclarum: quorum affectus rursus excitavit, copias, reliquias exercitus Galliciani, quibus denovo animi crevere, partem Nosocomiorum et impedimentorum cum multis eum sequentibus deseruit; hic Exercitus in maximo versabatur periculo, discrimen 12 horarum, et Angliæ jacturae fuisset, multas devastationes intulit, sequelas celerum itinerum, quae copiae se recipientes conficere; lectipendia, mulos, et plura alia mobilia asportavit; multa Claustra templaque expilavit. Abbatia Sahagun 60 monachorum domicilium, semper a Gallico exercitu illaesa et humane tractata, ab Anglis devastata est, ubivis Coenobitae et Sacerdotes, iis adpropinquantibus, fugam arripuerunt.

Hae Confusiones regionis Incolas adversus Anglos exasperavere, diversitas linguae, morum, et sacrorum non parum ad

hanc alienationem contulit; objectant Hispanis: quod exercitum nullum amplius habeant, qui se cum iis conjungere posset, eosque Anglicanum regimen defraudasse, at Hispani reponunt: Hispanias numerosos exercitus habuisse, at Anglorum desidia eos attritos, qui nullam operam ad opem iis ferendam intenderunt. Nuperis 14. diebus nec sclopus explosus, in levi Equitatu solum minuta proelia evenere. Gen. Dux Durosnel cum 400 levis Equitatus praetorianis Cohortem hostilem Anglicanam pedestrem in itinere constitutam offendit, multos eorum consecuit, et totam magnopere perturbavit.

Generalis Dux Lefebre Desnouettes Colonelus venatorum praetorianum, qui ex tri-duo cum tribus centuriis equestribus suae legionis expeditus, existimavit, cum multa impedimenta, feminae et sequentes exercitum in manus suas inciderint, pontemque per Erlam dirutum deprehenderit, Beneventum urbem desolatam esse debere, oestro abreptus, quod tam saepe Gallico militi vitio datum, flumen tranavit, Beneventum veniendi gratia, ubi totum Equitatum Anglicanum reperit, tum pugna orta 400 cum 2000; tandem praepotentiae cedendum erat, strenui hi flumen repetiere, glande plumbea Equus Generalis Ducis stratus est, qui ictu sclopi minoris sauciatus, quique, quod pedes esset, in captivitatem incidit. Decem ex venatoribus, aequae

orbati equis, idem fatum experti: quini aquis hausti, 20 sauciati. Hoc ausus specimen Anglos docere debuit, quid ab talibus hominibus occasione communi metuendum habeant.

Erravit procul dubio Gen. Dux Lefebre, at error hic est Gallo proprius, vituperio aequae ac laude dignus. Numerus Captivorum ad usque, potissimum ex errantibus et collectanea turba constat circiter 300. Die 28. princeps Imperatoris hospitium erat Valderae, D. Dalmatiae Moncellae, D. Elching. Villaterae. Imperator urbe excedens Josephum regem Gen. Locumtenentem suum et praesidii Metropoleos Supr. Praefectum denominavit. Agminum Ducum Dantisc. et Belluno, Equitum Cohortis Lasalle, Milhaud et Latour Mauboutg quae Centri tuendi causa relictae. Frigori acri copiosi imbres succedere: patimur, at plus Angli.

Privati Madriti nuncii perhibent: Josephum in arce vicina metropoli morari. Die 24. Dec. Collegia Madriti votum significarunt: Deputationem ad Imperatorem expediendi: quae ei desideria, precesque deferat: quocius iis deferendi.